



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Vtrum consensus ille, qui facit matrimonium sit de carnali copula: an de
cohabitatione, an de alio. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

succurrerint legitima. Hoc a. non ita intelligendum est, tanquam sine enumeratis non possit esse legitimum coniugium: sed quia sine illis non habet decorē, & honestatem debitam. In huius enim sacramenti celebratione, sicut in aliis quædam sunt pertinentia ad substantiam sacramēti, ut consensus de præsentibus, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium: quædam vero pertinentia ad decorē & solemnitatem sacramenti, ut parentum traditio, sacerdotum benedictio, & huiusmodi sine quibus legitime fit coniugium, quantum ad virtutem, non quantum ad honestatē sacramēti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges, sed quasi adulteri vel fornicatores conveniunt, ut qui clanculo nubunt & utique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de præsentibus, quæ legitimum inter eos facit matrimonium. Nam & consensus occultus de præsentibus, ut verba expressus, coniugium facit, licet non sit honestus contractus: sed matrimonium non sancit consensus, qui in occulto fuit. Si n. alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio Ecclesiæ redire, & commanere quasi cum coniuge: quia non potest probari testibus contractus qui in occulto est factus. Quod si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem consensum voluntarie in manifesto probentur, tunc utique propria voluntas suffragatur, & legitima vota succurrunt ad sancendum coniugium, quod prius occulte fuerat contractum. Voluntas ergo verbis expressa in occulto ad hoc suffragatur, ut fiat coniugium manifeste, vero expressa suffragatur, ut sanciat & roboret, ac liberum sit Ecclesiæ de hoc iudicare si expedierit.

De qua re sit consensus ille: An de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.

*Aug lib de
sancta vir-*

Hic queritur. Cum consensus de præsentibus matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille: An

garna